

ca terram orbem non conficere putabant: quæ tamen sententia nullatenus defendi nunc potest; tunc enim Antipodes, qui & ipsi resurgent, nunquam solis lumine fruerebuntur, & amplissima illæ Regiones æternis tenebris damnarentur.

Densitatem, & raritatem, gravitatem & levitatem inter elementorum imperfectio- nes non recensemus; necesse enim erit, ut disposito aliquo ordine in Univerſi regi- mine dirigantur: suas etiam activas ser- vabunt qualitates, calorem nempe & fri- gus, humiditatem & siccitatem; his enim destituta, elementa esse desinerent. Quæ tamen qualitates corpora, ut ante, suis ef- fectibus non afficiet; tunc enim, cum ge- nerationes, & corruptiones desisterint, Deus quodam prodigio, quod, utpotè futuro mundi statui congruens, veluti naturale evadet, easdem qualitates in corpora age- re non permittet. Sic sol & luna, orante Josue, immobiles quondam consistere; sic Babylonicæ fornacis flamma, trium He- bræorum adolescentium beneficio, à sua ad- vivitate quibusdam horis abstinuit.

Quamvis autem tellus arboribus, anima- libus, & cæteris mixtis corporibus, quæ ad ejus ornatum conferunt, omnino sit de- stituenda, juxta S. Petrum [c]: *Terra, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur*; imper- fecta nihilominus aut inornata reputari non poterit; tunc enim iis omnibus instrue- tur, quæ suam stabilitatis, & incorruptio- nis statum perscrutentur, licet quibusdam ca- ritura sit, quæ ejus imperfectiōi modò con- veniunt. Ornamenta, quæ privati cujusdam domus exposcit, ei congruere desinunt, si in amplissimi Principis Aulam conver- tatur. Sancti nullam tunc ex cibo & po- tu voluptatem percipient; quam utique vo- luptatem indigentia & infirmitas nostræ, modò exposcit; delicias verò longè majori- bus fruuntur.

Putabant Millenarii, Justos ante Judi- cium ad vitam fore revocandos, unâ cum probis tunc superstitibus, & cum Jesu Christo jam in terram reverſo, in nova Je- rusalem urbe mille annis imperaturos, & ingenuas omnes voluptates de potu, de ci- bo, & de nuptiis tunc exhaurituros. No- vam Jerusalem gratissimum domicilium fu- turam; terram omnium fructuum genera uberi adfluentiâ edituram; animalia denique omnia in mutuum, plenamque concordiam adducta, sese hominibus penitus submissura. S. Irenæus ab Joannis de Discipulis didicisse testatur (d), eam tunc frugum copiam futuram, ut vix digna sit, quæ fidem inveniat. Tertullianus (e) novam Jerusalem jam constructam, atque ornata de cælis de- scensuram arbitratur; suâque etate ejus exemplar quadraginta diebus in aere pen- sile sese omnibus exhibuisse narrat.

Hinc satis comperimus, quam variet à Scholasticorum nostratum Veterum Patrum de terra sententia; qui præterea eandem tunc temporis in tanto ubertatis statu constitu- tam terram, igne tamen non adhuc expia- tam sentiebant. Lactantius nihilominus (f), licet mortuorum resurrectionem, Ju- dicium postremum, & mundi incendium,

mille annorum regno præitura statuat, eam- dem ferme terræ descriptionem exhibet. In medio, inquit, terra urbs à Sanctis, fre- quentanda construetur, ubi Deus domina- bitur unâ cum famulis suis; qui ab justi- tia, & innocentia minime deficiet, & ingenuarum omnium voluptatum consuetu- dine perfuerunt, & ab uxoribus natos etiam excipient. Ignis verò, qui univer- sum invadet, prodigio similis plantis nul- latenus oberit (g): *Sine ullo virescentium corporum detrimento aduret tantum, ac sen- su doloris afficiet*. Tunc mundus, nocte etiam ac tenebris amotis, nullis calamitatibus obructur; Luna ab omni defensione immu- nis, Solis instar, fulgebit; Sol septies con- sucto clariore radios emittet. Omnes omnino fruges tellus progignet, rupes mel effundent. Vino rivi, lacte flumina ef- fluent. Fera cunctabuntur; leo & vitu- lus in eodem vescuntur præsepî; infantes cum anguib; ludent; ea denique omnia tunc temporis futura sunt, quæ de aurea Saturni imperantis ætate Poeta cecinerunt. Cum Propheta nostri de futuris veluti de peractis sermonem facere conlueverint, Poeta eorum idiomatis ignari, eorundem phrasas, ac si ad transacta referrentur, usurparunt.

Hæc omnia, subdit Lactantius, à mundi creatione sexies mille post annis continget, & jucundissimum hoc Regnum ad annos mille protrahetur; quibus peractis Demo- num Princeps vinculis solutus, bellum in Sanctos inferet. Sancti in terræ sinu triduo celabuntur; Deus prodigus innumeris de hostibus suis ultionem repetet; terra, deinde dehiscet, findentur montes; cor- pora in amplam vallem coacta, vitæ à Deo restituentur, à quo etiam instaurabitur mundus; Cæli instar voluminis complica- buntur; tellus innovabitur, homines deni- que in Angelos convertentur. Nives can- didiores iidem fulgebunt; coram Domino perpetuò adsistent, eique sacrificia & obse- quium in æternum inferent. Tunc altera mortuorum resurrectio: qua & improbi ad vitam revocati, æternis apud inferos pœnis mancipabuntur. Hæc Lactantius veluti Ca- tholicâ fide certa exponit.

His tamen omnibus & singulis à Catho- licis fidem adhibitam fuisse ne putemus. Mundi exitus, Jesu Christi adventus, Ju- dicium postremum, mortuorum resurre- ctio, retributio, seu Regnum Justorum, improborum supplicium; mundi innovatio, vulgo credebantur. Modus verò, tempus, & rerum plerumque circumstantiæ & nobis & illis incerta. Ita de his, quæ in hac Dissertatione hucusque diximus, statuendum.

Quamvis Hebræorum Doctores de tem- pore, & de cæteris resurrectionis, Justo- rum Regni, & terræ post resurrectionem, statûs circumstantiis inter se non conveniant, plura tamen apud eosdem occur- runt, ad ea, de quibus hic agimus, re- ferenda. Quarti Libri Esdræ Author, qui vel sub primi Ecclesiæ sæculi exitum; vel sub secundi initium floruit, homines vitæ restitutos, & Justos, qui terras tunc in- colent,

h. 4. Esdr. 4. & 6. i. Matth. 22. 34. &c.

k. Menasse Ben-Israel, l. 3. de resurrect. mort. c. 4.

g. Lactant. de Divin. proe- mia l. 7. c. 21.

l. Ezechiel. 47. 12.

m. Isai. 30. 26.

colent, temporalibus voluptatibus frui- ros affirmat (h). Siducæi dum Christum interrogarunt, vulgè ab Judæis credi pu- tabant (i), in altera vita homines terram incolentes, omnes sensûs voluptates esse percepturos. Celebris Menasse-Ben-Israel (k) ea quæ in mundi innovatione eventura sunt, ita nobis exhibet, ut iis, quæ in universi creatione evenerunt, respon- deant.

Primâ die lucem Deus creavit, minime verò lucem Solis, quam die quartâ con- didit, sed lucem supernaturalem, quam Sanctorum beneficio futuris sæculis reser- vavit, ut Solis vices tunc suppleat.

Die secundâ Deus Firmamentum condi- dit, aerem scilicet, ut ajunt Interpretes sapientiores. Aer futuri sæculi purior, quam nunc, mitior erit, atque salubrior; quem Scriptura, juxta Abenezram, & Me- nasse-Ben-Israel, Cælum novum appel- lat. Eadem die, juxta Veterum Hebræo- rum plurimos, unâ cum Inferis Dæmo- nes conditi fuere. Hi, veluti Idololatriæ argu- menta, sæculo futuro exterminabuntur.

Die tertiâ terram & plantas Dominus excitavit, quas deinde propter Adami flagitium maledictione devinxit. In mundi innovatione eam telluri & plantis benedi- ctionem impertietur, ut, sicut Adami tem- pore, die qualibet, juxta aliquos, juxta alios quolibet mense, fructus producant. Arborum quolibet mense fructus proferentium meminit Ezechiel (l): *Super torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum ... per singulos menses afferet primitiva*.

Quartâ die solem & lunam & astra cæ- tera Deus condidit. Eadem futuro sæcu- lo ita perficiet, & tanto lumine decorabit, ut Sol quadragies novies, quàm nunc, cla- riores radios emissurus sit (m). Eadem proportionem & astra cætera rutilabunt.

Die quintâ aves & pisces creati; in- mundi innovatione ad statum longè per- fectiorem redigentur. Tunc homines cum animalibus, & animalia cum cæteris, eam, de qua Propheta, pacem inibunt, ut alteri nemo amplius obturatus sit; & fera ipse ita cicuranda, ut hominibus sese prorsus submittant. Tunc etiam Deus celeberrimo illo convivio electos excipiet, quod trium magnitudinis prodigio similis animalium catribus instruet; piscis nempe Leviathan, bovis Behemoth, & avis, cujus pedes ter- ram, caput verò cælos attingit. Deus ut splendidas epulas Electis suis instituat, hæc tria animalia interficiet, quorum car- nes, quæcumque convivarum copia fuerit,

omnium satiari supererunt.

Sextâ die Deus Adamum creavit, cujus corpus pellucidum, & procero majus, pro- pter peccatum utraq; dote fuit destitu- tum; utraq; verò optimis incrementis adauctâ post resurrectionem rursùm dona- bitur, quin iis iterum destitui pertimescat, quod iterum peccati labe commaculati non poterit.

Hanc rerum similitudinem inter mundi creationem, & ejus post resurrectionem in- novationem Hebræorum Doctores institue- runt. Illa tamen prior à futura hac id- circo differet, quod 1. mundus prior è ni- hilo educus fuit, alter ex olim condito excitabitur. 2. prior diebus septem condi- tus, alter ictu oculi restaurabitur. 3. de- nitque vetus orbis nocte creati cœpit, no- vus die innovari exordietur, juxta illud Zachariæ: *In tempore vesper erit lux* (n).

D. Tillemontius Lucubratiunculam hæc de re scripsit, vulgaram ad calcem vitæ ip- sius pag. 197. sed quæstionem, an scilicet mundus perseveraturus sit, nec ne, pro- blematicè tractans in utramque partem, agitat.

Antequam Dissertationem absolvamus, tria sunt hic animadvertenda. 1. Plurimi ex locis, quos veluti sub orbis exitum even- tura referentes attulimus, Judæorum, post captivitatem, & Ecclesiæ post Chri- sti Adventum figuram præferunt: quare literali eorum sensui non est maxime in- herendum. Ubi v. g. lux lunæ sicut lux solis futura; lux solis quadragies novies consueto clarior resurlura; & ferocia, at- que venenosa animalia ferocitatem, & ve- nenum positura dicuntur; Gentes ad Deum Fidemque traductæ designatæ sunt. 2. Tem- pus, ratio, & cætera mundi exitûs cir- cumstantiæ non nisi temerè statui possunt, præter eas, quæ ambiguitate non obvol- vuntur, & allegoricè à Scriptura non re- feruntur; hæc autem vix occurrunt; pleræ- que sanè hyperbolicis interferuntur phra- sibus, quarum vim, sensum, & amplitudi- nem ignoramus. 3. Hæc de re tria nobis credenda Fides proponit: 1. Mundum esse ad suum exitum perventurum; 2. per flam- mas absumendum; 3. non esse in nihilum, sed in perfectiorem statum redigendum. Quare ea omnia, quæ de mundi duratio- ne, de ignis, quo mundus ardebit, quali- tatibus, & naturâ, an Judicium anteibit an consequetur, de terræ figura, de elemen- torum statu post Judicium, hæc usque at- tulimus, problematica statimus. Ambigere qui novit opportundè, ille sanè inter doctos laudem non infamam meretur.

c. 2. Petr. 3.

d. Iren. l. 5. c. 33. e. Tertull. l. 3. c. 24. contr. Marcion.

f. Lactant. de Divin. proem. l. 7. c. 24. col- lat. cum Epi- tome c. 11.

n. Zach. 14. 7.